Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



47.

Travit ad obsequium Christi. Deus omnibus unum
Inspiravit opus, vitae genus omnibus unum.
Mater adhuc praegnans vidit per somnia, crebris
Se gessisse utero catulum latratibus aerem.
Sic Deus offendit, venturi qualia partus
Ora et corda forent contra genus omne malorum.
Ipse pudicitiam coluit, muliebria passus
Bella tamen juvenis, roseo quia candidus ore.
Corda parorismis gravibus torqueantur et igne;
Quo Venus accendit teneras incesta medullas.
Cum peteret Celtus et nox jam pallida coelum
Clauderet, hospitium sibi. Temeraria nocte
Hospita sopito juveni petula inter adhaesit,
Admovitque latus lateri. Scelus ille repente
Horruit; et magno socius clamore vocatis
Nequitiam facto vicit terrore furentem.
Ingens forma malum, quo nulla nocentior herba
Per juga Thessaliae legitur, per Phasidis arva.
Tradidit ingenium sacris sermonibus. Omne
Quod docuit Christus, quod praedixere Prophetae,
Quod dixit Moyses Sanctaeque in vertice, secum
Assidue meditans; sine praeceptoribus ullis
Scivit; et idcirco silvas habuisse magistras
Se dicebat. Inops vixit: sed munda volebat
Vestimenta, sitim damnans, sordemque perosus.
Id curae quod vulgus habet pro corpore, solam
Transtulit ad mentem, vitiorum acerrimus hostis.
Si populis certamen erat, discordia regnis;
Bernardus pacator erat: legatus ad urbes
Ibat, et ad reges, odium fractuus et iram.
Munere fungentem tali videre Alemanni,
Videre Insubres quondam, videre Aquitani.
Signando in dubiis mutabant pectora rebus,
Ipse erat interpres, ducens mortalia corda
De tenebris ad lumen, uti sole igneae lampas
Longinqua de turre micans adducere noctu